Quelle:
Copyright:



M. T. Ciceronis Orationes IV. in Catilinam.

41a–60a

2.

M. T. Ciceronis Orationes quatuor in Catilinam, in quarum calce legitur: "Explicit liber quartus „ invectivarum." — Quatuor a Cicerone habitas esse in L. Catilinam Orationes notum est; primam in Senatu; secundam ad Quirites; tertiam ad populum, seu iterum ad Quirites; et quartam denuo in Senatu. Inter ejus opera Cura Jos. Oliveti edita referuntur Tom. 3. p. 195 et Segg.

Platonis Timaeus.

61a–84b

3.

Platonis Timaeus, seu liber de natura, a Chalcidio e graeco in latinum translatus, et„ ditoque Comentario illustratus, ad Osio seu Hosio Cordubensi Episcopo dedicatus. Alicna Manus in superiori margine sequentia adjecit: „ Siquidem Osius papa librum Platonis, qui trun„ cus in greco dicitur, inspexerat, in quo cum „ plura de divinis operibus subtiliter disputata „ vidisset, quae quidem consona fidei catholicae „ videbantur, rogavit Calcidium archidiaconum, „ quem in utroque idiomate perfecte noverat „ instructum, quatenus opus hoc platonicum „ de graeco in latinum traduceret. Cujus petiti„ oni morem gerens Calcidius partem quamhic „ habemus, transtulit, et etiam in eam comen„ tum edidit. Scripsit hanc epistolam ad Osium „ qua a se presumptionis rationem removere in„ tendit. dicens propriam scientiam non sufficere